Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus theol. de actibus humanis - Cod. Ettenheim-Münster 302

[S.l.], 1697

Quaestio 8tava

urn:nbn:de:bsz:31-131009

Visual Library

Quaestio octava

Utrum sit eadem bonitas & malitia interioris & exterioris actus.

Hoc q[uaesti]o duplex e[st]. 1mo n[amque] quaerit[ur], utrum eadem sit bonitas aut malitia, h[oc] e[st] an numero actus interioris & externi ab intentione imperati? 2do quaerit[ur] an saltem externus actus augeat aliquo modo actus interni honestatem, aut turpitudinem, ita ut melius sit v.g. jejunium, si actu fiat, quam sola efficax jejunandi voluntas, ubi ob periculum valetudinis a jejunare prohibeor?

Conclusio 1ma. Eadem e[st] numero malitia, aut bonitas moralis interni actus imperantis, & externi ab illo praecipue natura imperati v.g. efficacis voluntatis largiendi eleemosinam, aut occidendi hominem, & externae largitionis aut occisionis. Ita communior & certior sententia. Pr[obatur]: Quotiescunque duo ita se habent, ut alterum primario & per se sit tale, alterum 2dario & in ordine ad illud, hic non e[st], nisi unica forma denominans utrumque tale: Atqui hoc modo se habent interior imperans, & exterior imperatus actus, secundum moralitatem boni aut mali. Ergo. Minor patet, major e[st] axioma philosophorum & declaratur exemplo sanitatis, comparate ad animal, medicinam, & urinam, quatenus denominantur sana.

Conclusio 2da. Per se loquendo non melius aut pejus facit, qui efficaciter et vult, & exequitur opus externum, bonum aut malum, quam qui interius tantum efficaciter vult tale opus facere, & tantum ob impedimentum cogitur non facere. Ita cum SS. PP. scholasticorum communi.

Prob[atur] 1mo ex sacra scriptura: qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam moechatus e[st] in corde suo Matthaei 5. & Psal. 57. Etenim in corde iniquitates operamini; & aliis locis.

Obt. 2do ratione, quia meritum & demeritum tm pendet ex iis quæ subsunt potestati arbitrii adjuti gratia Dei; atqui efficaciter velle subvenire pauperi subest meo arbitrio v.g. erogare pecunias, licet non subsit - ergo

Confirmatur, alioquin quis hoc pauper deterioris conditionis est apud Deum, quo dives, non n. ille sed iste tm mereri posset, quod est absurdum.

Conclusio 3tia. Ceteris imparib. aut paribus accidentibus sæpè contingit, ut ratione exterioris actus augeatur interioris bonitas, aut malitia moralis. Obt. 2do sumitur ratio à quotidiana experientia qua experimur multos qui habent facultatem bene vel male operandi, promptius & crebrius operari honestas, aut pravas actiones, quam qui si eam facultatem non haberent, aut et diutius fovere constantem semel voluntatem efficacem de opere bono aut malo exercendo v.g. dando eleemosynam, furando &c.

Arguitur 1mo contra 3tiam. Sunt præcepta decalogi de non furando & de non concupiscendo rem proximi, itemque de non mœchando &c. atqui non fuisset opus distinctis præceptis, nisi furtum aut adulterium exterius distinctam ab interna eorundem concupiscentia malitiam, sive turpitudinem haberent. R. nonum & decimum decalogi præceptum non esse à 6to & 7timo diversa, quæ sunt eorundem declarationes, eo fine adjectas, ut multis iudæis eximeretur error perniciosus, quo putabant illos tm actus morales esse peccata vel saltem gravia, quæ externo opere consummantur.

Arguitur 2do. Nihil est causa sui ipsius: sed bonitas & malitia interni actus est causa bonitatis aut malitiæ actus exterioris; ergo. R. bonitatem & aut malitiam actus interni non eo sensu dici causam exterioris, quod hæc ab illa effective procedat, sed tm quod actus interioris bonitas aut malitia in actum externum redundando derivetur. Unde quamvis ipse actus externus ab interiore imperante, ut à causa effectiva procedat; attamen bonitas aut malitia internæ actionis non exprim

effectiva eā malitiæ & bonitatis in opere externo, de hoc sibi cās formalis

Arguitur 3tio. Si non dō videns in pot. a [illegible] diversis spēbus,
ut sunt interior & exterior actus. R. nullum videns potest inhaerere
pōa diversis spēbus, sicut nec idem Cō non videns morale & exterius deno-
minans inhaerere morali diversis spēbus.

Arguitur 4to. pro posteriore quaesiti parte affirmante
cum Scoto & Hugone Victo. apud Vasq. Ecclesiæ praxis testatur
de necessitate sacramenti confessionis esse, ut pœnitens non solum internum
sed et actum exteriorem exprimat, ubi is ē patratus: quod quidem non opor-
teret fieri, nisi gravius peccasset, qui externum v. g. homicidium vel adulterium
quā si vellet tantum effecisset peccavit, & ob impedimentum externum non
potuit complere peccatum externum. R. omissis quorundam in-
sufficientibus responsis quorundam, non Christo [illegible] in confessione
exprimere externum opus peccaminosum, quod [illegible] distinctam ab interioris
actus gravitate habeat malitiam, vel certe quod eandem augeat, sed
obligationem sacramentaliter confitendi exteriores actiones [illegible]
esse specialiter injectam a Christo, cujus mentem revelat nobis
perpetua praxis Ecclesiæ & consensus doctorum.

Arguitur 5to. plus pro pœnis satisfacit hic, qui volens
jejunat, & corpus castigat, quam qui vellet efficaciter hoc facere, sed
non potest salva valetudine, quod signum ē augeri actus interni bonitatem,
& sic accedat opus externum.

Confirmatur. plus meretur qui re ipsa sacramentum suscipit, quam
vel qui re ipsa martyrium subit, quam meretur qui tantum efficaciter vult
istud facere. R. concesso ante. nego consequentiam: nam vis
satisfactoria pendet [illegible] pensatur [illegible] majorem aut minorem honestatem
operis [illegible] majorem aut minorem operis pœnalitatem molestiam
aut difficultatem, uti docet [illegible] de justitia. Ideo hoc
contingit, quod satisfactio fiat pro [illegible] vindicta [illegible] solvenda